



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

341. feria 6. de causis tam horribilium minarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 6. Domin. 24. post Pentecost. 613*

ah! Deus meus, pro me mortue, patiensne, ut non vivam amplius in æternum? Inscribe memoria compendium Evangelij: Luc. 9. *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? &c. Quis non bibat tribulationis poculum, metuens ignem æternum? Ait D. Augustin. Tom. 3. in Sentent.*

**MEDITATIO CCCXLI.**

*Feria 6. Domin. 24. post Pentecost.*

*De causis tam horribilium  
minarum,*

**A**spiciam Justitiam divinam terribilem homines propter peccata æternis supplicijs submergentem. Petam ea peccata agnoscere, & evitare.

*Conf. 1. Peccata, propter quæ ibunt in supplicium æternum, sunt 1. eorum, qui non receperunt Christum, neq; fidem Dei, Matth. 10. 11. 12. & 28. 2. Qui Fidē Dei receperunt, sed non juxta eam vixerunt: caruerunt enim operibus Misericordiæ corporalibus, & multo magis, quia caruerunt spiritualib<sup>9</sup>. Matth. 23. 3. Qui fuerunt vitiosi, hypocritæ, superbi, avari, sævi, injusti, impij, & omnes addicti impietati, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Matth. 23. 4. Qui alijs fuerunt scandi*

614 *Feria 6 Domin. 24. post Pentecost.*  
scandalo. Luc. 13. Matth. 18. 5. Illi, de quibus  
apud Lucam cap. 6. ait Dominus: *Va vobis*  
*divitibus*, quia habetis consolationem ve-  
stram: *Va vobis*, qui saturati estis, quia esurie-  
tis: *Va vobis*, qui ridetis nunc, quia lugebitis,  
& flebitis: *Va*, cum benedixerint vobis homines,  
D. Chrylost notat, quod *Va* in scripturis sem-  
per dicatur his, qui non possunt evadere à fu-  
turo supplicio. 6. Servus malus, piger, inutilis,  
infructuosus, negligens. *Serve male, & piger*,  
Matth. 25. &c. *Inutilem servum, eijcite in te-  
nebras exteriores.* 7. Qui malè præest alijs,  
& percutit, & manducat, ac bibit cum ebrio-  
fis, dividet eum, & partem ejus ponet cum  
hypocritis: ibi erit fletus, &c. Matth. 24. Quæ  
omnia intelligenda sunt, si in his, vel ob hæc  
homo Dei Legem graviter obligatam trans-  
gredi præsumit.

*Conf. 2.* Quænam in particulari peccata  
illa sint cœlum prohibentia, & audiam D.  
Augustin lib. 21. de Civit Dei cap. 27. ita re-  
spondentem: *Difficillimum est invenire, peri-  
culosissimum desinire: ego certè usque ad hoc*  
*tempus, cum inde satagerem ad eorum indagi-  
nem pervenire non potui: & fortassis propterea*  
*latent, ne studium proficiendi ad omnia peccata*  
*cavenda pigrescat.* Quis crederet, quod ille  
servus Evangelicus, Matth. 28. Exigens di-  
bitum centum denariorum reus apud Deum  
factus

*Peria 6. Domin 24. post Pentecost. 615*

factus sit æterni supplicij, ut ait Remigius:  
*Qui diligitis Dominum, odite malum, & qui ti-*  
*met Deum, nihil negligit. Statuam cum gratia*  
*Dei evitare, quidquid mihi conscientia di-*  
*staverit, non esse rectum.*

*Conf. 3. Omnia peccata due res faciunt in*  
*homine cupiditas & timor, quia sicut omnia ju-*  
*sta opera bono timore, & bono amore fiunt: Sic*  
*malo amore, & malo timore omnia peccata com-*  
*mittuntur. Ita D. Augustin. in Psal. 79, Quis-*  
*quis hic habet ignem charitatis illic ignem gladij*  
*timere non poterit. Ambros. in Psal. 118.*

MEDITATIO CCCXLII.

*Sabbato Domin. 24. post Pentecost.*

*B. Virgo presidium contra has omnes*  
*minas, earumque causas.*

**A**udiam B. Virginem de se loquentem:  
Ego sum Mater misericordie, & aditus  
peccatorum ad Deum, nullus est adeò alie-  
nus à Deo (nisi omnino fuerit maledictus)  
qui si me invocaverit, non revertatur ad  
Deum. Petam ejus operi in negotio salutis  
meæ experiri.

*Conf. 1. Si minas Evangelij comprehendo,*  
*quomodo earum causas non fugio: si non*  
*comprehendo, quantò magis causas earum*  
*fugere debeo? Modus autem effugiendi est*  
*versus ad Matrem misericordie, ut ait D.*  
*Bernard,*